



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Leorini Silesii Etesiae, siue Apinae
Therinae**

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1419

XIX. Ad D. Sigismundum Vieheuserum, Caes. Consil. & sacri Rom. Imperij
Procancellarium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12434

XVII.

Ad D. Marcum Fuggerum
Lib. Baronem Kirchbergæ, & VVeif-
senhornæ, Reip. August. Duumvirum.

*Quas alijs, & quas tibi seruans, crescere dando
Cernis opes: veras MARCE putabis opes.
Nam quæ marcescunt languore, laboreque partit,
Ac cruciant dominum, sollicitantque suum:
Sunt inopes fortassis opes: timor hæcce tenere
Magnus: at hæc dolor est perdere major opes.*

XIIX.

D. VVolfgango Henrico
Streinio, Baroni Schuarzenauio,
Richardi F.

*Optima pars hominis lingua est, & pessima namque
Immoderata nocet, sed moderata iuuat.*

XIX.

Ad D. Sigismundum Vie-
heuserum, Cæs. Consil. & sacri Rom.
Imperij Procancellarium.

*Quod fuit Augusto Romano Pollio quondam:
Augusto nunc hoc es SIGEMVND ETC.
Pollio patronus Flacco fuit, atque Maroni:
Tu quoque sis magnus Pollio queso mihi.
Quæ tua sit virtus, & quæ sapientia, dicam:
Perpetuoque tuum nomen honore colam.*

*Pollio ceu Flacco cultus fuit, atque Maroni
Magnificus titulis factus utriusque suis.*

XX.

Ad D. Conradum Baronem

Bemmelbergium & Hochburgium,

Dum metuit, ne viuat inops, & semper egenus:

Inter opes eget, & viuuit auarus inops:

Sparigitur ac niue, dum metuit CONRADE

(pruinam:

Iamque miser patitur, quæ timet vsque pati:

Sic & opes pereunt in eo malè namque misellus

Alget in his, & in his esurit, atque sitit.

O quam iusta Dei lex est: quod pœna redundat

Semper in his, per quæ peccat auarus homo.

XXI.

Ruperto à Stozingen,

EQ. & Conf. Cæs.

E Græco.

Si mora consilium maturat, laudo RUPERTE:

Sin minus: illius pœnitet, atque piget.

XXII.

Ad D. Ioan. Gothardum

Streinium, Gabr. F. Baronem

Schuarzenauium.

Virtus est sibi præmium, metusque.

Vt